EXAMEN DE FIN D'ÉTUDES SECONDAIRES – Sessions 2024 **QUESTIONNAIRE**							
Date :	07.06.24		*Horaire :*	08:15 - 10:15		*Durée :*	120 minutes
Discipline :	LATIN	*Type :*	écrit	*Section(s) :*	CA / CA-LLCO / CA-MAT / CB / CC / CD / CE / CF / CG / CG-COMED / CG-SPO / CI		
					Numéro du candidat :		

1. **Texte connu (30 points)**

L'éruption du Vésuve

Accipit codicillos Rectinae Casci imminenti periculo exterritae (nam villa ejus subjacebat, nec ulla nisi navibus fuga) ; ut se tanto discrimini eriperet orabat. Vertit ille consilium et quod studioso animo inchoaverat obit maximo. Deducit quadriremes, ascendit ipse non Rectinae modo, sed multis (erat enim frequens amoenitas orae) laturus auxilium. Properat illuc unde alii fugiunt rectumque cursum, recta gubernacula in periculum tenet, adeo solutus metu, ut omnes illius mali motus, omnes figuras, ut deprenderat oculis, dictaret enotaretque.

Jam navibus cinis incidebat, quo propius accederent calidior et densior, jam pumices etiam nigrique et ambusti et fracti igne lapides ; jam vadum subitum ruinaque montis litora obstantia. Cunctatus paulum an retro flecteret, mox gubernatori ut ita faceret monenti : « Fortes, inquit fortuna juvat : Pomponianum pete ».

C. Plinius Secundus, *Epistulae*, VI, 16 *(119 mots)*

2. Texte inconnu (30 points)

La recherche de la sagesse

D'après Sénèque, les seuls hommes qui pratiquent un vrai « otium », sont ceux qui consacrent leur temps libre à la sagesse. Seuls ces hommes vivent vraiment. Et ils trouvent la sagesse en puisant dans les livres des siècles passés.

Soli omnium otiosi sunt qui sapientiae vacant[1], soli vivunt ; nec enim suam tantum aetatem bene tuentur[2]. Omne aevum[3] suo adjiciunt ; quicquid annorum ante illos actum est, illis adquisitum est[4]. Nisi ingratissimi sumus, illi clarissimi sacrarum opinionum° conditores[5] nobis nati sunt, nobis vitam praeparaverunt. Ad res pulcherrimas ex tenebris° ad lucem erutas[6] alieno labore deducimur ; nullo nobis saeculo interdictum est[7], in omnia[8] admittimur et […] multum, per quod spatiemur[9], temporis est.

Disputare cum Socrate licet, dubitare cum Carneade[10], cum Epicuro quiescere, hominis naturam cum Stoicis[11] vincere […]. Cum rerum natura in consortium[12] omnis aevi[3] patiatur incedere[13], quidni[14] […] in illa[15] toto nos demus animo quae immensa, quae aeterna° sunt, quae cum melioribus communia ?

L. Annaeus Seneca, *De brevitate vitae*, I, 14, 1-2 (*109 mots*)

---

[1] **vacare sapientiae**	prendre du temps libre pour la sagesse, se consacrer à la sagesse (**sapientiae** *est un datif de but*)
[2] **tueor, eris, eri, tuitus sum + *acc.***	*ici* : gérer, mettre à profit, tirer avantage de
[3] **aevum, i, n.**	âge, époque, siècle
[4] **adquiro, is, ere, adquisivi, adquisitum**	acquérir (qqch. pour qqn)
[5] **conditor, oris, m.**	fondateur
[6] **eruo, is, ere, erui, erutum**	déterrer, découvrir, tirer au jour
[7] **interdicere (*aliqua re alicui*)**	interdire (qqch. à qqn)
[8] **in omnia (saecula)**	
[9] **spatior, aris, ari, atus sum**	marcher, s'avancer
[10] **Carneades, is, m.**	Carnéade (*philosophe grec*)
[11] **Stoici, orum, m. pl.**	Stoïciens
[12] **consortium, ii, n.**	communauté
[13] **incedere = procedere**	
[14] **quidni *+ subj prés.* (*potentiel*) … ?**	pourquoi ne…pas ?
[15] **in illa (saecula)**	